Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Si refectorium intermiserat.
reuertantur ad refectionem
etiam in quadragesima ita
ut signum in ecca. nec cam
pana in refectorio pulsetur.
nec uersus reperatur. nec lector
benedictionem petat. s; incipi
at. s; incipiat ubi finierat
Qui uero non dum inceperat
comedere. remanentes adcor
pus postea cum seruitoribus
comedant. Porro abbas om
nimodis prouideat. ut corpus
numquam solum remaneat
Statim autem finita omenda
tione residentes in choro eo or
dine quo intrauerunt. ⁊ quo ad
omnia interualla equaliter se
debent habere. ubi incipiant
psalterium ubi in infirmitorio
dimiserant. si tamen inceptum
fuit. Quod si inceptum non
fuit. incipiant a capite semper
dicentes. requiem eternam.
totum uersum dum signum
pulsatur ad horam. Quod si
psalterium finierit antequam
corpus sepeliatur. dicant ple
narium officium. scilicet uer
ba mea ⁊ cetera ebdomadari
o lectiones legente. si dies fue
rit. parce michi domine scili
cet ⁊ cetera. Si uero nox fue
rit. legat eas cum cantore in
uenerit. Quo percantato
iterum incipiant psalterium
Quod si ipsum finierint. eo
dem modo secundum officium
id est dominus regit me per
soluant. Quod si adhuc de
functus super erit. iterum
incipiant. psalterium. Quo
finito eodem modo tertium
officium complcant. Hec
autem officia omnia cantan
do dicantur uoce mediocri.
⁊ responsorium. miserere me
domine de morte eterna. non
dicatur nisi in tercio officio.
⁊ cum primo uersu tantum
⁊ una collecta singulariter
dicta. s. inclina domine. ⁊
psalteria cum requiem etiam
singulariter dicta terminent.
⁊ quotquot pro eo dicetur quam
diu in sepultura fuerit.
singulariter dicatur. In con
suetudinario uero officio q
agitur post uesperas. siue
post nocturnos. dicatur p
eo prima collecta. ⁊ de inde
consuete nisi fuerit sollem